



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas
Semper Adest**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

Capvt. IX. An Deus aliquoru[m] innocentiam, vel iustitiam declaret, qui aduersarios suos ad vallem losaphat citant, aut qui ad diuinum iudicium prouocant?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](#)

uitio, & se periculo exemit. Nonne his talibus Sors exitiosa fuit? Tuo, ô Deus, iudicio fuit, qui odisti obseruantes vanitates superuenie. Ego autem in Domino speravi: exultabo & latabor in misericordia tua. Plura de omni sacro & iusto, ac profano & illico & superstitioso reperiet lector apud Pererium.

Psal. 30.

7.

Perer. in
c. 24 Ge-
nes. vers.

13.

C A P V T. IV.

An Deus aliquorum innocentiam, vel iustitiam declarat, qui aduersarios suos, ad vallem Iosaphat citant, aut qui addiuinum iudicium pronocant?

§. I.

Ad iudicium Dei prouocantium diuersæ Sortes.

Pertinent ad Politicas sortes etiā exploratoriae probationes, quibus fortuito euentui veritas culpæ vel innocentiaz permittitur decidenda; & sæpe, non sine euidenti miraculo, deciditur. Inter has iudiciarias disquisitiones, est etiam illa vna, qua se se homines, mutuò, *in vallem Iosaphat*, & ad diuinum tribunal solent citare. In qua citatione vel damnandâ, vel imitandâ, homines possunt committere remeri-

96 Cap. IV. Multos sanctos aliosq;

meritatem. Sæpe enim eiuscemodi citatio à Deo est, sæpe contra Deum: sæpe contemni debet, sæpe formidari: ut enim vel licita est, vel iniuriosa; ita supremus iudex, per eam, vel vult, vel non vult iudicia sua manifestare. Sunt etiam duplicis generis homines, qui hac prouocatione vtuntur, rei & innocentes; sancti & impij. Duplex etiam, generaliter loquendo, est finis, bonus & malus. Et modus quoque ipse non est idem. Aliando ad iudicem Deum ab solutè duntaxat appellatur; aliquando iubetur aduersarius ad tribunal eius, intra certos dies, menses, aut annos; aliquando, nullo certo tempore nominato, se sistere. Cum ergo impium sit, sanctos temeritatis damnare; qui subinde tyrannum, aut alios; ad comparendum, coram Deo; citauerunt; & stultum, quavis ex caussa; ad summum iudicem prouocare: afferam primò caussas, & exempla licet; postea etiam illicitæ citationis, ob quā Deus iudicij sui arcana mortalibus vel negavit; vel patefecit.

§. II.

Causæ, ob quas ad Deum summè oppresi, licet posint prouocare.

Qui innocentē iniuriā afficiuntur, & vitā di-

non frustra, ad Dei tribunal prouocasse. 97

Vt digni mortis sententiam accipiunt, vidéntque nullum sibi, in humanis auxilijs, præsidium superesse; rectè ad Deum confundunt, cui placere non potest, si gladius, quem Principibus & Magistratibus, in vindictam malefactorum, concessit, stringatur in innocentes. Non accipiet Dominus personam in pauperem, & deprecationem læsi exaudiet. Immo etiam qui deridetur ab amico suo, sicut ego, inquit Iob, inuocabit Deum, & exaudiens eum. Exaudire autem eum potest, prout inuocatus fuerit, vel, vt iniquitate oppressum è malis presentibus eripiat, quod omnino petere frequens & concessum est; vel, vt talem iniuriâ aut morte non fuisse dignum, sumta de aduersario extraordina- ria vltione, morteque etiam ipsi illatâ, declareret. Quod varijs quis de caussis potest à Deo flagitare. Si, citra odium, aliamue malam affectionem, bono fine, flagitet, puta, vt innocentia locum habeat; vt scandolum amoueat; vt familia non grauetur infamiâ; vt homines tam iniustis iudicibus liberentur; aut vt emendentur, qui adeò ty- rannicè dominantur; tum licetè flagitat; prouocatque, sine peccato, & verò sæpe etiam cum merito, ad tribunal summum iu-

Eccli. 35.

16.

Iob. 12, 4;

Ita Fe-
uardent
extremo
cap. 13.
Esther.

G dicis

98 Cap. IV. Multos sanctos, aliosq;_z,

dicis viuorum atque mortuorum; nec sine petito effectu. Legimus enim frequenter diuinam iustitiam, sic prouocantes manifestissimè absoluisse, & lege talionis ex vita expulisse eos, qui alios & ipsi è vita, sed in iuste, expulerunt.

§. III.

Eorum, qui ad iudicium Dei appellauerunt, i veteri Testamento exempla.

1. Reg.

24. 13.

2. Para-

lip. 24.23.

Exempla è diuinis litteris, ex vitis Sanctorum, ex aliorum gestis asserri possunt. In diuinis litteris, Dauid capitali Saulis odio multisque insidijs petitus, *Judicet Dominus inter me & te, & uincatur me Dominus exte*, inquit. Prouocatio hæc fuit; neq; in irritu cecidit, quia, cecidit paulò post Saul, amissâ victoriâ, & vitâ. Clarius exemplum datum est, in Pontifice Zacharia filio Ioiadæ, in quem illi ipsi, quos ab idolis dehortabatur, miserunt lapides, iuxta regis imperium in atrio domus Domini. Et non est recordatus Ioa rex misericordia, quam fecerat Ioiada pater illius secum, sed interfecit filium eius. *Qui cum moreretur, ait: Videat Dominus, & requirat.* Cūmq; euolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus Syria: venitq; in Iudam & Ierusalem, & interfecit cunctos principes populi

non frustra, ad Dei tribunal pronocasse. 97

puli &c. In Iosas quoq; ignominiosa exercuere
iudicia. Et abeuntes dimiserunt eum in languo-
ribus magnis surrexerunt autem, contra eum,
serui sui, in ultionem sanguinis filij Iosadae sacer-
dotis, & occiderunt eum in lectulo suo, ante
diuinum tribunal, de innocentissimi sacer-
dotis nece rationem redditurum. Pari pacto 2. Mach.
Machabæi martyres Antiocho diem dixiſ- 7. 17. &
ſe censendi ſunt: ſiquidem eorum p̄dictione- 19.
nes vim imprecationis & citationis habue-
runt, cum dicerent: *Tu autem patienter fu-
ſtine, & videbis magnam potestatem ipsius, qua-
liter te & ſemen tuum torquebit.* Dictum, fa-
ctum. Neque hæc talia ex impatientia, aut
ira, ſed ex zelo iustitiae & odio impietatis,
profecta videri debent; ſicut neque Moyses,
quando dixit: *In hoc ſciētis, quia Dominus* Num. 16
miferit me &c. Si conſueta hominum morte in- 28.
terierint Dathan & Abiron &c: non misit me 4. Reg. 1.
Dominus &c. neq; Elias, quando dixit: *Si* 4. Reg. 2.
homo Dei ſum, deſcendat ignis de cælo, & de- 24.
noret te, & quinquaginta tuos: neque Elisæ-
us, quando uerſos immisit in pueros irriſo-
res.

S. IV.

*Nem Testamēti exempla diuinum iudici-
um minitantia, aut postulantia.*

G 2

In.

100 Cap. IV. Multos sanctos, aliosq;

In novo quoq; Testamento exempla ocurrunt. Nam & Christus ipse ab iniurijs Iudæorum, ad Patris iudicium appellans dixit:

- Iohn. 8.** *Ego non quero gloriam meam; est qui querat.*
90. *& indicet: & S. Petrus, teste D. Gregorio,*
A&t. 5.5. *increpando utriq; coniugi, Ananiæ & Sapphi-*
S. Greg. *ræ, vitam abstulit, qui reddidit Thabitæ oran-*
I. 2. dial. *do. Noluit quidem Christus, qui pati vene-*
c. 30. *rat, fæuire: ex hoc tamen, & Pauli Ely-*
A&t. 15.11. *mam excoecantis, atq; Corinthium satha-*
1. Cor. 5.5. *næ in interitum tradentis exemplo, vo-*
Tertulli- *luit, ut intelligeremus, id se potuisse, ait Ter-*
an. I. de *tullianus. Nimirum non aliena est ab Euan-*
Pudic. *gelica suavitate seueritas nonnulla, vt Be-*
c. 21. *S. Thom. da docet. Habenda enim est etiam ratio*
Beda in *2. 2. q. 35. communis in futurum vtilitatis, &c, discipli-*
Luc. 9.55. *a. 7. ad 2. næ caussa, obstinatis metus incutiendus.*
S. Thom. *Qua de caussa S. Thomas tradit, Petrum,*
2. 2. q. 35. *tanquam executorem Dei, occultum Anan-*
a. 7. ad 2. *iæ peccatū explicauisse. Prohibet quidem*
Luc. 6. *Christus, ne malefacentibus malefacia-*
63. *mus, aut maledicentibus imprecemur, li-*
cet tamen quandoque utrumlibet zelo iusti-
tæ, & iudicaria potestate, atq; sine vindictæ
liuore, sine odio, vt D. Gregorius obseruat.
A&t. 8.20. *Sic idem Petrus Simoni dixit: Pecunia tua*
tecum sit in perditionem. Quæ imprecatio &
malevo

non frustra, ad Dei tribunal prouocasse. 101

maledictio est praudentis diuinam de *Simone*
sententiam, & huius reprobationem aq[ue] eter-
nam perditionem, non autem vindicta studen-
tis, ait cum Beda Glossa ordinaria. Sic Pau-
*lus Principi sacerdotum Ananiæ dixit: *Act. 23. 23.**
Percutiet te Deus, paries dealbate. Vbi Apo-
stolica auctoritate auctori percussione suæ
interitum denunciauit: certè, vt Propheta,
prædictus: etenim istud enenit, sic q[ue] defunctus
*est, ait S. Chrysostomus. Sic & alio tempore *S. Chrys.**
*idem Paulus existimauit, Alexandro ærario *homil. 6.**
iniustitiam eius impunitam esse non debere,
*dixit enim: *Reddet illi Dominus secundum o-**
*pera sua, multa siquidē mala Paulo ostendit *de lau-**
*Alexander, postquam à fide defecit, & *E- dīb. S.**
*uangelio valde restitit. Deniq; Sanctorum, *Pauli,**
*pro Christo, occisorum animæ, nonne *2. Timoth.**
*mabant voce magna, dicentes: *Visquequo, Do-**
*mine (sanctus & verus) non iudicas, & non *Apoc. 6.**
vindicas sanguinem nostrum de ijs, qui habie-
tant in terra?

S. V.

S. Stanislai martyris, & S. Fridolini morenos,
ad ciuile iudicium, è sepulchris, vocantij historiæ
docentes, multò magis viuos posse à
Sanctis ad diuinum iudi-
cium citari.

102 Cap. IV. Multos sanctos, aliosq;

S. Thom.
2. 2. q. 83.
a 8 ad. 2.
Breviar.
Roman.
2. Maij.

Eadem ratione, qua pro Verbo interfectorum animæ clamauerunt, possunt etiam clamare alij Martyres, ac Sancti, & diuinam vindictam iustissimè implorare, vt ex D. Thoma constat. S. Stanislaus Polonus Boleslaum graniter offenderat, quod illius notam libidinem publicè arguebat. Quare, inslenni regni conuentu, Stanislaum, per calumniam, in iudicium, coram se vocari curat, tanquam pagum occuparet, quem Ecclesia suæ nomine coemerat. Quod cum neq; tabulis probare posset, & testes veritatē dicere timerent, spondet Episcopus, se Petru pagi venditore, qui triennio ante obierat, intra dies tres, in iudicium adiutorum. Conditione cum risu accepta, vir Dei toto triduo ieunys & orationi incumbit: ipso sponsionis die, post oblatum Missæ sacrificium, Petrum, è sepulchro surgere iubet: qui statim rediuius Episcopum ad regium tribunal euntem sequitur, ibiq;, rege & ceteris stupore attonitis, de agro a se vendito, & pretio rite sibi ab Episcopo persoluto, testimonium dicit, atq; iterum in Domino obdorminit. Simile quid legimus de S. Fridolino Abate, Seckingæ ad Rhenum, monumentum habente, qui itidem è tumulo mortuum ad humerum tribunal euocauit, vt & innocentia, & calūnia

non frustra, ad Dei tribunal prouocasse. 103

niæ indignitas testem, omni exceptione maiorem, haberet. Quod si igitur Sancti vel ipsos mortuos è sepulchris ad humanum audent tribunal euocare; cur non auderent viuos citare, easdem ob caussas, ad tribunal diuinum? nempe, vt aut se, aut sua, aut, quæ sunt Ecclesiæ, tuquantur?

§. V I.

S. Benno Episcopus iniuriosum Marchionem ad diuinū se sistere tribunal iubet; nec sine effectu.

Sua & Ecclesiæ bona defendit hac cito- Matthæ-
us Rader.
volumine
3. Baua-
S. pag.
185.
tatione Stanisla⁹, ac se ipsum quoq; à calum-
nia. Idem fecit S. Benno Misnensis Ponti-
fex, dum ad diuinum tribunal Dei, Mar-
chionem iniuriosum, certo tempore præ-
scripto, venire iussit. Rem totam ex bulla
canonizationis Adriani Pontificis Hiero-
nymus Emserus, atq; ex hoc Raderus, his
verbis tradidit. *Marchio quidam Misnensis*
ad rem audiōr, cum per summum scelus in pos-
sessionem bonorum Ecclesia Misnensis irruisset,
Beatus Benno hominem recte facturum affir-
mavit, si ea, qua ipsi Ecclesia Misnensi eripui-
set, restitueret; sin minus, Deum aliquando,
pro tanta improbitate, pœnas ab eo expediturū.

Quibus verbis homo furens concitatus Sanctissi-
mus virum alapa percusſit. Tunc Beatus

G 4

dini.

204 Cap. IV. Multos sanctos, aliosq;^s,
diuino spiritu afflatus; hanc tantam iniuriam,
inquit, hoc eodem tempore, sequentis anni De-
us omnipotens ulciscetur, quem Marchio ille
proterius atque superbis irrisit, ac paulo post
Beatus Benno agrotare cepit, & breue futurum
sperans, ut ex hac vita ad superos, quorum
consuetudo dulcis est atq;^s eterna, migraret &c.
Postea è vita excessit, & id quidem quadrage-
simi pontificatus sui anno, post Christum natū,
millesimo centesimo sexto, &c. Marchio, de
quo paullo antè fati sumus, cum tempus illud
quereret, quo sanctus vir ipsum Marchionem
penas daturum prædixerat, in hanc vocem
prorupit: Benno, superiori tempore, nescio, qd
periculi nobis, hodierno die, euenturum mina-
batur; mortuus est ille, non igitur est, quod no-
bis timeamus. Vix ille hac verba finierat, su-
bitò consternitur, & auxilium eorum, qui ade-
rant, implorans, miserandum in modum, ac
magno cum dolore & gemitu, moritur. Hinc
facile concipi potest, diuinam potestatem diuino
homini communicatam esse. Ita pro se,
pro Ecclesia, Benno ad diuinum
iudicium appellauit.



S. VII.

non frustra, ad Dei tribunal prouocasse. 103

§. VII.

Gualteri Burgensis, itemq; Roberti Grossetest,
ad diuinum iudicium Indices magnos vo-
cantum vindicata iniuria.

Gualterus Burgensis pro se idem fecit. Raphael
Erat is vir doctrina & sanctitate clarus, per-
que iniuriam Episcopatu Patauensi priua-
tus & expulsus à Clemente V. Nempe hoc
volebat eum Deus pati, propter regnum cœ-
lorum. Et passus est patienter, quoad vixit.
Moriens tamen, ne & alijs eiuscmodi in-
iuria irrogaretur, iussit sepulchro suo inci-
di: AD IVSTVM DEI IVDICIVM AP-
PELLO. Incidit in hanc epigraphen Cle-
mens, & fertur iniuriæ, quam intulerat,
memoria expauisse: addunt alij, non diu
post, obiisse. Nec mirum est Gualterum, in
vita patientem, in morte appellauisse. Ita
& Dauid moritus Salomoni filio quos-
dam nominauit puniendos, quibus, in vi-
ta, pepercerauit. Vtrumque sancti quærunt,
& præmium patientiæ, & iustitiæ exemplū.
Vindicta Martyrum est, ait S. Augustinus, S. Aug. b.
de serm.
Domin.
in mon.
cc. 6. 452
ut euertatur regnum peccati, quo regnante,
tanta perpesi sunt. Quin omnes sancti, po-
stulant se vindicari, non voce, sed ratione, sicut
sanguis Abel clamauit de terra. Latantur

G 5 autem

105 Cap. IV. Multos sanctos aliosq;

autem de vindicta, non propter vindictam,
sed propter diuinam iustitiam. Hoc modo,
Lætabitur iustus, cum viderit vindictam: manus sua lanabit in sanguine peccatoris; qui prius in illius sanguine manus lauit; quid dico lauit? inquinauit. Admodū simile est, quod Cestrensis memorat, de Roberto Grosseteste dicto Lincolniensi, magnæ, illa ætate, inter Philosophiam professos, famæ, quem Innocentius IV. excommunicauerat. Refert enim, Robertum ad Deum iudicem prouocauisse, Pontificemque ad Dei tribunal citatum, eodem die, defunctum, quo Robertus defunctus est; auditamque, in Pontifica aula, vocem: VENI, MISER, AD IUDICIVM. post hanc vocem, sequenti die, Papam in lecto exanimatum repertum, ac liuidam in eius latere cruentamq; plagam, tanquam si fuste percussus fuisset. Hoc accidisse scribit Anno 1253. cui consentiunt Matthæus Parisius, Ioannes Buriensis, & alij Britannici scriptores; licet alij scriptores nullam de hac re faciant mentionem. Vnde Delrius suspectæ fidei esse iudicat narrationem. Sed suppetunt alia quoque complura exempla, tam eorum, qui sua, quam qui aliorum caussa appellauerunt.

§. VIII.

Psal. 57.

II.

Cestren-
sis lib. 7.

Martinus
Delr. lib.
4. disquis.
Magicar.
cap. 4. q.
4. sect. 1.

non frustra, ad Dei tribunal prouocasse. 107

S. VIII.

B. Eustachius Abbas Agrestium calumniatorem divino conuadatus vadimonio Beatum Columbanum defendit.

Alterius causa appellavit B. Eustachius Ionas Ab-
Abbas. Is , hæretico quodam Agrestio B. bas eius
Columbanum iam mortuum conuicijs contem-
lumnijsque lacerante,in Concilio Matisco- porane-
nensi , sic vltus est calumniatorem, vt dice- us, in vita
ret : *In horum præsentia sacerdotum , te ego ,*
cuius discipulus & successor, cuius tu disciplinam
& instituta damnas, ad diuinum iudicium, cum
illo , intra præsentis anni circulum, disceptatu-
rum innito, ut iusti iudicis examen sentias, cu-
ius famulum tuis obrectationibus maculare co-
naris. Nec frustra eum conuadatus est diui-
no hoc vadimonio. Nam cum Agrestius sa-
pius sibi datum pænitentia locum non agnosce-
ret , ut B. Eustachij sententia ad diuinum iudi-
cium ipsum vocantis præualeret , ante triginta
dierum circulum , priusquam vertentis anni
meta completeretur , à seruo suo , quem ipse re-
demerat , securi percussus interiit. Ita & mor-
tales immortalium queunt causam agere ;
& ipsi etiam immortales dicere possunt: *In- Psal. 42.
dica me Deus , & discerne causam meam de*
gente non sancta , & ab homine iniquo & dol-
so erue me. t.
§. IX.

5. IX_{ns}

§. IX.

*Ad diuinij iudicij examen citatos merito compre-
nescere & emendari debere, nec ridere cita-
tionem, aut citantes. exemplo Han-
noniae Comitis, & Hiber-
niae Proregis.*

Thom.
Canti-
prat. lib.
2. Apum.
c. 35. §. 3.

Matth. 5.
25.

Et meritò sibi cauent à tali prouocatio-
ne iniquitatis non solùm operatores, sed e-
tiam fautores ac patroni. Quemadmodum
cauisse legimus Hannoniæ Comitem: qui,
dum vellet, in Ecclesia S. Ioannis, in Valence-
nis, Canonicos expellere regulares, & pro eis
ponere Canonicos seculares; Abbas eiusdem loci,
ad summum iudicē appellauit. Appropinquan-
te autem appellationis die, cum Abbas inciperet
infirmari, & se ad comparendum, coram sum-
mo iudice, orationis instantia preparare; ipseq;
comes, sub eodem tempore, sentiret incommo-
dum, causâ cessit, omnimodè diem veritus iudi-
cij, & sententiam expectare. Sapuit iste in
tempore, cōsilium Christi secutus dicentis:
*Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es in
via, cum eo: ne fortè tradat te aduersarius iu-
dici, & index tradat te ministro: & in carce-
rem mittaris. Utinam & alij consilium hoc
audirent, & dum in via sunt, faciem iudi-
dicis præoccuparent. Serò benevolentia*

Iudi-

Iudicis conciliatur in tribunali : præstátq;
aduersarium placare , quām expectare sen-
tentiā damnantis. Rideri homines possunt,
Deus non irridetur. Quare , magno suo malo ,
Numē in Martyre risit Hiberniæ Prorex , de
quo eruditissimus Galliarum regis Consi-
liarius scribit , ab eo Maionensem Episco-
pum Patritium Ochelium , & Conatium
Ornarium Franciscanum , virum religione
& sanguine clarum , nempe è Ducum pro-
sapia oriundum , capit is damnatum , ac sus-
pendio addictum , quòd Ecclesiæ caput pro-
fanā feminā , Angliæ scilicet reginā vterq;
cōstantissimè negauisset. Iam sub patibulo ,
iam in laqueo erat Ochelius , cum petijt , vt
quando ipsi viuere amplius non liceret ,
liceret saltem , sub finem vitæ , aliquantu-
lum loqui , & populo postremūm valedice-
re. Non negata est illi ea petitio. Cæpit er-
go Deo gratias agere , quòd sibi socioque
tantum constantiæ , quòd occasionem fidei
profitendæ , quòd gratiam vitæ , pro Chri-
sto , projiciendæ dedisset. Adhortatus est de-
inde Catholicos , si qui adessent , vt in ea-
dem religione , cuius ipse caussa moreretur ,
vsque ad extremum spiritum & ipsi perse-
verarent. Admonuit insuper , si qui secus

Galat. 6.

7.

Flori-

mund.

Rēmund,

lib. de

ortu & in-

teritu hę-

releon c.

20. n. 6.

fen-

110 Cap. IV. Multos sanctos, aliosq;

sentirent, ut & ipsi solum Christū, & Christi Vicarium Romanum Pontificem, pro capite Ecclesiæ agnoscerent. Hac enim unica de caussa se, cum socio, in vincula datum, atque in tetro carceri, solis omnibus experte, quinde im dies, detentum; ac postea, ex Acherontica illa obscuritate, extractum, multis pollicitationibus ac blandimentis sollicitatum; grauissimis minis ac tormentorum metu perterrefactum, semper negauisse, Reginam esse Ecclesiæ caput. Ob quam constantem negationem, inquietabat, Prorex irritatus, cum tunica molesta deesset, ocreas butyro, sale, oleo & pyro puluere iussit impleri, pedibusque meis inductas, in bullientem aquam imponi. Ita elixis pedibus ocreas, cū carne, detraxit; vnde ossa nuda solisque nervis hærentia gerio, quibus in cælum, non in sententiam æternæ damnationi obnoxiam, cum me iturum profiterer, ad noua tormenta sum pertractus. Nam mihi, hi digiti, & hæc brachia, vt videtis, inter duo grandia saxa, sunt miserrime cōtrita. Ita frumentū Christi factus sum. Nunc demum, quia de sententia non cessi, vt Christo meo conformiam, sublimis pendebo, vt de cruce anima

vici.

viciniūs ad cælum eat. In hunc sensum, ad dimidiā horam, eo affectū, eaque vi verborum perorauit, vt etiam aduersarij ipsi non possent à fletu abstinere. Pro epilogo ad Proregem conuersus, hac eum oratione compellauit: *Tu quidem, ô Prorex, hoc corpus misere torsisti, atque iniurias mihi multas intulisti, quarum hic ultionem non posco, sed te iam, cælo teste, ad diuinæ maiestatis tribunal cito, ut illic facti rationem reddas.* Percussit hæc citatio animum Proregis vehementer; altamque ei plagam incussum; qui, vt bilem cum verbis exoneraret, dixit: *I, nunc bipedum nequissime; I, Pegaseo volatu, ad Cerberum: Tuam ego appellationem, nec hili facio; tu ad Phlegethontem abi.* His verbis vtrinq; commutatis, Episcopus, cum socio, stranguatus ad cælum; Prorex ad Limiriensem urbem ijt. Non ita diu post accidit, vt Prorex cum Barone, animi cauſsa, in campos exspaciaretur. Et peruenit ad eum ipsum locum, in quo duo Martyres laqueo interempti pependerunt. Ibi Baronem compellans: *Ecce, ait falsum Prophetam, qui ad Dei iudicium me citauit; cum anima illius iam caleat in flamma, corpus putrefact in furca.* Hæc Prorex, inscius, quam tenui filo sua

sua quoque tunc vita penderet. Nam cor
reptus morbo , qui animam eius , decimo
quarto, ab eo, quo ad iudicium vocatus est,
die , ad Rhadamanthum expulit , verè sensit,
ridentes à Deo irrideri , rectiusque se factu-
rum fuisse, si, quod Martyri falsò prædixit,
sibimet ipsi cecinisset, ac in tempore resipu-
isset. Sed, vt D. Gregorius ait , *habet hoc pra-*
uorum malitia, ut cum vera in se flere mala
renuit, fingat aliena: Nam, quasi solatio faci-
*oris utitur, si, falsis vocibus, & vita corrip-
entis inquinetur.*

S. Gre-
gor. lib.
10. Mo-
n. c. 3.

§. X.

*Adolescentem vi è religione rapiens à Iudice ne-
gligente & iniusto non damnatus, ad diuina
iustitiae sententiam euocatus risum ama-
rum amara morte luit.*

Them.
Canti-
prat. lib.
2. Apum.
c. 35. §. 2.

Alterius etiam caussâ , vadimoniū con-
stituit apud doctū & pbatæ fidei scriptorē,
alius ; de quo eiusdem temporis author ita
scribit : *Monasteriū S. Iacobi apud Leodium,*
notū multis est & acceptū. Istud quidam ado-
lescens consobrinus maioris Præpositi, causa de-
notionis & religionis, intravit. Quod ut audiuit
*præpositus, indignè tulit: mandat Abbatire-
mitti consobrinum , per clericos : renuit ille.*

Tunc

Tunc Præpositus, forti manu collecta satellitā, intrat violenter cœnobium, rapit iuuenem & nudatum sancto habitu, induit seculari. Abbas ergo Monasterij, collectis primoribus ciuitatis, Episcopo queritur, & totum clerum, protantis iniurijs, interpellat. Hoc cum indignanter vix vellet audiire Episcopus, & Abbatem potius ducris verbis impeteret: flexis Abbas genibus, cum moderamine verborum, dixit Præposito: Iudicem contrate, ô Præposite, in terra habere non possum, & ideo contrate Deum summum iudicem interpello, ut infra 40. dies uterq; nostrum compareat, coram illo, sententiam pro meritis acceptans. Ad hoc Præsul cachiannans cum suis irrisit hominem atq; spreuit, & repulit exprobratum. Quid plura? 40. die, circa nonam, mortuus est dictus Abbas: & cū pro eo solemniter pulsaretur, sedens in balneo Præpositus, quæsuit à circumstantibus, quid hoc esset? Mox quidam ingrediens, & requisitus de sonitu campanarum, respondit, Abbatem S. Iacobi modo esse defunctū, & pro eo pulsationem fierit am solemnem. Illico recordatus Præpositus, quadragesimam diem esse, qua se citatum, coram summo indice, audierat ab Abate, consternato animo, dixit suis: Citò vide, quid faciam, mortuus ego sum: compare-

re me hodie summi iudicis conspectibus oportebit. Nec mora, post verba hæc, cum balneum egredi festinaret, in astantium manibus, cum diro eiulatu, & vocibus, expirauit; ibi procul dubio respondere compulsus, ubi causarum strepitus cessant, iurisperitorum aduocatio continevit; ubi nec preces, nec precium liberabunt, ubi nec interlocutoria iudicis sententiam protelabunt. Clarè hinc perspicitur, et si iudices, in hoc Mundo, officio suo desint, non tamen deesse Deum, qui iudicet; eumque Præpositis, ac Principibus longè esse potentiores.

§. XI.

Voluisse quidem Deum ordinariè hominibus futura esse incerta; sàpe tamen etiam profuisse, ut de hora mortis certiores redderentur.

Socrates sapientiæ, apud profanos, si Xenophō mulachrum, teste Xenophonte ac Eusebio, lib. de di- hanc pronunciauit sententiam, cognitionem etis & fa- futurarum rerum, quæ in potestate Dei sunt, ctiis So- non esse hominibus procurandam: neq; enim pos- cratis. se homines eas res cognoscere, nec Deo gratum Eu- seb. I. esse, si quæ ille occultauit, ea mortales velint nimis studiose curioséq; cognoscere. Immo & ipse Christus, cum discipuli eius curiosa in-

ter-

Xenophō mulachrum, teste Xenophonte ac Eusebio,
lib. de di- hanc pronunciauit sententiam, cognitionem
etis & fa- futurarum rerum, quæ in potestate Dei sunt,
ctiis So- non esse hominibus procurandam: neq; enim pos-
cratis. se homines eas res cognoscere, nec Deo gratum
Eu- esse, si quæ ille occultauit, ea mortales velint nimis studiose curioséq; cognoscere. Immo & ipse Christus, cum discipuli eius curiosa in-

Xenophō mulachrum, teste Xenophonte ac Eusebio,
lib. de di- hanc pronunciauit sententiam, cognitionem
etis & fa- futurarum rerum, quæ in potestate Dei sunt,
ctiis So- non esse hominibus procurandam: neq; enim pos-
cratis. se homines eas res cognoscere, nec Deo gratum
Eu- esse, si quæ ille occultauit, ea mortales velint nimis studiose curioséq; cognoscere. Immo & ipse Christus, cum discipuli eius curiosa in-

Xenophō mulachrum, teste Xenophonte ac Eusebio,
lib. de di- hanc pronunciauit sententiam, cognitionem
etis & fa- futurarum rerum, quæ in potestate Dei sunt,
ctiis So- non esse hominibus procurandam: neq; enim pos-
cratis. se homines eas res cognoscere, nec Deo gratum
Eu- esse, si quæ ille occultauit, ea mortales velint nimis studiose curioséq; cognoscere. Immo & ipse Christus, cum discipuli eius curiosa in-

Xenophō mulachrum, teste Xenophonte ac Eusebio,
lib. de di- hanc pronunciauit sententiam, cognitionem
etis & fa- futurarum rerum, quæ in potestate Dei sunt,
ctiis So- non esse hominibus procurandam: neq; enim pos-
cratis. se homines eas res cognoscere, nec Deo gratum
Eu- esse, si quæ ille occultauit, ea mortales velint nimis studiose curioséq; cognoscere. Immo & ipse Christus, cum discipuli eius curiosa in-

terrogarent, dicentes: *Quando hac erunt?* Matth.
ad quæstionem hanc non respondit, statim 24. 4.
ad signa aduentus sui transgressus: alia au-
tem vice, apertè dixit: *Non est vestrum, nosse A& 1.7.*
*tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua
potestate.* Abdita nimirum, & soli Deo re-
seruata huiusmodi euentorum cognitio est,
quæ ex libera vel Dei, vel etiam hominum
pendent voluntate. *Quis nostrum docere au- S. Augu-
deat, vel se scire præsumat, quod Deus ille ma- stin. epist.
gister, nec eos discipulos docuit, à quibus præ- 80,*
*sentibus interrogatus est præsens; nec illiunc
sancti magniç, doctores Ecclesiam docere potue-
runt?* Ita planè est, si de ordinario agendi
modo loquamur. Extra ordinem, si nulli
eiusmodi futura præsciuerunt, quid erit
de Prophetis sentiendum? Quemadmodum
igitur Prophetis, ita etiam multis alijs Deus
futura quædam reuelauit; immo & ipsas
mortes, ac horam mortis eorum: vti Cassio S. Greg.
Narniensi Episcopo, apud D. Gregorium; l. 4. dia-
AEmilianæ ac Tharsillæ, & Ruperto, qui log. c. 36.
id de seipso scriptum reliquit: immo & ip- Ib. c. 16.
sis peccatoribus, vt de Prætextata S. Hie- & homil.
ronymus narrat. Tametsi enim, vniuersim 38. in E.
loquendo, hominibus utilius sit, nescire cer- uang Ru-
tum mortis diem aut horam, vt semper vi- pert. in c.
tz. Matth.

H z gilent

S. Hieronym.
epist. 7.

Supra §.
IX.

Supra §.
X.

gilent ac solliciti sint, de Domini aduentu; nec pijs habeant caussam remissoris; impij securioris vitae: profuit tamen etiam multis, horam mortis ipsis ante fuisse denunciata. Sic enim vel metu acti peccata retractauerunt: quod, paulo supra, Comiti Hannonie ostendimus contigisse: Quin istis quoque ipsis, ad certum diem, ex instinctu Dei, in iudicium diuinum citatis, ad maiorem confusionem, damnationemque cedet, si citati, se non corrigant, sed emendationem de die in diem differant, quod supra memorato Praeposito evenit; qui sero nimis dixit: *Citò videte, quid faciam, mortuus ego sum*, hoc est, tam certò moriturus, ac si iam mortuus essem. O stulte, citius videre debuisses, quid tibi esset faciendum. Serò mortem fugit, qui iam mortuus est; nec potest iudicium declinare, qui iam astat tribunali. In nulla re vel malitia hominum pertinacior, vel bonitas Numinis clementior potest demonstrari, quam cum demonstratur, homines sibi male consciens, etiam de die mortis, à benigno Deo, per sanctos, admonitos, tamen in malitia, perstiterent. Neque necessere est, eiusmodi citatores miraculis claros haberi; satis est, si sint in ea re innocentes, in qua iniuste patiuntur,

§. XII.

§. XII.

*Menuercum Episcopum iudicium Dei inten-
tantem ridens in iudiciū rapitur: Burchardus
Episcopus, & Mehingerus Abbas arbitri-
um litis de decimis, ad Deum secum af-
ferunt subita morte extincti.*

Menuercum decimum Paderbornensem Episcopum, Anno 1003. quidam Monachus Corbeiensis, Boso nomine, graui contumelia affecerat. Cum enim Menuercus collapsam Monasterij Corbeiensis disciplinam, in pristinum vellet nitorem reuocare, post Walonem Abbatem loco motum, Boso sacrarij custos vestes sacras negauit, & quæ attulerat Præsul, ab ara, proiecit; monitusque sèpius, grauiusque, proteruè obstinavit. Episcopus, pro tanta iniuria, nihil aliud reposuit, quām vt diceret: *redditurum Altissimo facti rationem.* Quod ipsum vel conscientia Monacho dictauerat. At verum est: *Peruersi difficile corriguntur.* Quare Eccles. 1. etiam Monachus iste prædictionem flocci 15. pendens yaticinium pariter atq; Episcopum cachinno exceptit. Sed & iste risus dolore fuit miscendus, immo finiendus. Nam Episcopo diem suum passo defunctoque Monachus, cum nihil morbi prorsus sentiret,

Cranzius
l. 4. Me-
tropol. c.
4. Got-
schalcus
serm. 16.
part. 2-
stiu.

118 Cap. IV. *Multos sanctos, aliosq;*

In Ana-
lib. Bo-
jorū l. 4.
& Lam-
bert.
Schafna-
burgen-
sis,

ea, ipsa, qua Episcopus, hora, expirauit. Litigabant de iuribus Ecclesiarum suarum, & Saxoniam decimis, tempore Henrici IV. Burchardus Halberstadiensis Episcopus, & Mehingerus Abbas Herfeldensis. Cum nullus cedere vellet, nullus litem amittere; arbitrium eius in Deum traiecerunt, se se inuicem ad Dei tribunal euocantes. Die dicta, vterque repente è vita discessit. Vter lite ceciderit, in occulto est, illud constat, citationem valuisse. Sunt qui narrent, Abbatem Herfeldensem decimis, per vim & iniuriam spoliatum; sub vita finem Antistiti nunciari iussisse: se quidem viribus imparem; caussa meliorem cedere, atq; etiam vita excedere, sed Deum iudicem futurum, ad quem appellaret. Pararent igitur se ambo, caussam in illo tribunali dicturi, ubi gratia & potentia spretis, sola iustitia vim obtineret, & iniustitiae præualeret: neque diu postea Abbatem febri obiisse: eodemq; tempore, Episcopum, cum equum concendere vellet, velut fulmine ictum, concidisse, desijssèque, his vocibus viuere: Abripi se ad diuinum tribunal, ibique iudicandum. Iuxta hanc narrationem, melior videtur citantis, quam citati caussa extitisse. Ex his perspici-

non frustra, ad Dei tribunal prouocasse. 119

spicitur, Deum prouocationes quasdam, ve-
lut legitimas admittere, ac s̄æpe vnum, al-
terius cauſa, è vita exturbare: ne iniustitia
dominetur, & triumphet...

C A P V T. V.

*An etiam ſe mutuò amantium, ſimulg
mori orantium preces licet; & quando il-
la, ſicut & citationes ſupra dictæ
exaudiantur, vel non exau-
diantur?*

§. I.

*Heriberto Eremitæ Cuthbertus, ex amore,
ſecum mori impetrat.*

HT cur, iustitiae cauſā, duos ſimul
mori non permitteret Deus, qui
id sanctis ex misericordia conces-
ſit? Beda refert, Heribertum pietate inſig-
nem Eremitam, quotannis, ad Cuthbertum
Episcopum ventitare ſolitum, ut ab eo fa-
lutaribus monitis ad perfectionem augen-
dam incitaretur; tandem ei Episcopum ul-
timū vale dixiſſe, quod ſciret, diem ſuę
resolutionis instare. Heribertus qui Cutber-
tum, eximiè amauerat, ad pedes illius ſe
proſternens, cum lachrymis inquiebat: *Ob-
ſecro, per Dominum, ne me deſerar: ſed tui me-*

Beda lib.
4. histor.
Eccl. cap.
29.

H 4 119